Et in umbra alarum tuarum spe
rabo. donec transeat iniquitas·
Hoc iam totus xpc dicit· hic est uox
nostra; non enim iam transiuit
iniquitas· adhuc feruet· et circa
finem· sicut dixit ipse dns· Abun
dante iniquitate· refrigescet ka
ritas multorum· Qui aut perse
uerauerit usq; in finem· hoc est
quoadusq; transeat iniquitas·
hic saluus erit· In umbra inquit
alarum tuarum sperabo· id est
tu protegis· et ab estu iniquita
tis non arescam· Umbraculum p
bebis mihi·
Clamabo ad dm altissimum· dm
qui benefecit mihi·
Si altissimus est· quomodo te au
dit clamantem? nata experimen
to fiducia· dm inquit qui bene
fecit mihi· Si ante quam eu que
rerem benefecit mihi· clamantem
me non exaudiet? Bene enim
nobis fecit ds mittendo nobis salua
torem nrm iam xpm· ut moreret
tur propter delicta nra· Sic ergo
est ille altissimus· ut non sit ab
illo longe miseria nra· et gemi
tus nr· quia prope est dns his
qui tribulato sunt corde·
Misit de caelo et liberauit me· de
dit in opprobrium conculcan
tes me·
Iam homo ipse· iam caro ipsa· iam
filius di secundum nram participa
tionem· manifestum est quia libe
ratus est· et misit de celo pater et
liberauit eum· misit et resuscita
uit eum· sed ut noueris quia et
ipse se resuscitauit· Audi quid di
cat ad iudeos· Soluite templum
hoc· et in triduo excitabo illud·
Hoc autem dicebat inquit euange
lista de templo corporis sui· Illos
etiam qui eum conculcauerunt·
qui mortuo insultauerunt· dedit
in opprobrium ds· quia post pas
sionem dni eradicati iudaei de ter
ra sua perdiderunt regnum· in quo
regem xpm agnoscere noluerunt·
et dati sunt in opprobrium· Di
spersi enim per omnes gentes nus
quam habent stabilitatem· nus
quam certam sedem· Sed ne for
te quia dixit misit de caelo et libe
rauit me· existimes quod aliquem
angelum miserit ad liberandum
xpm· ut per seruum saluus fieret

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 167, p. p.%20256 – Walahfridus Strabo, Commentarius in psalmos I-LXXVI (http://www.e-codices.ch/en/csg/0167/p.%20256)